

Ad perpetuam rei memoriam

DEI GRATIA REX POLONIE MAGNUS DUX LITHUANIE RUSSE PRUSSIE SAMARITHEQUE DOMINUS ET HERES Significamus presenti-
bus literis nunc et in futurum notitiam habiturus. Agitabantur non paucis tempore nec exiguo motu multe controversie inter Ma-
gnificos Rozynscios et Sophas Warimundouitios tantoq; maiore cum damno quod inter cognatas sibi una enim eademq; de stirpe
Warimundouitiana grandas predictas domos Idq; vigore certarum sortium Warimundouicianarum tanquam ex capite An-
tecessorum olim illorum successuarum et longo tempore ab utraq; partem preteritarum que tandem dum per mediationem Rudi in X^o
Patris Petri Posnaniensis et Vice Cancellarij Regni Polonie Laurentij Camenecensis Episcoporum Joannis Gwir-
czewski Castellis Wislicis et exercituum mercenariorum in Lithuania Campiductionis Arbitrorum et compositorum amicabilem
ab utraq; parte paciscentium ex unanimo et mutuo consensu electorum de toto et plano extant sopite Exhibuit nobis Magnus Paulus
Troanowicz in Coderi Sopha Marschalcus et Capitaneus noster Braclawis sincere nobis dilectus literas papreas predicte conventionis ab utraq;
amicis subscripitas et sigillatas supplicavitq; suo et fratrum suorum Frederici Sedory Michaelis et Petri nomine ut illas seorsuo diplomate con-
firmaremus Cui nos petitioni uelut iuste annuentes pro Regali cura ut inter omnes Regni nostri incolos quam optima pax et amicitia
constituatur predictas literas concordie inter Magnificos Rozynscios et Sophas Warimundouitios circa equalitatem bonorum ex capite
ut supra diximus in illos successuarum actas iuxta tenorem suum puncta clausulas et articulos ibidem expressos in perpetuum approbamus et
et ratificamus et ne a quapiam parte violentia sub pena decem millium florenorum aureorum et lapsu cause auctoritate nostra Regia prohibemus



